



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XII. Dvæ Liberalitatis Formæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

quippe Deo offertur dirius bona voluntate. Optimum proinde est D August. in Psal. 103. conc. i. consilium: *Supplicem, inquit, nullum spernas, & cui dare non potes, quod petierit, non tam spernas. Si potes dare, da: si non potes, affabilem te praesta. Coronat Deus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem. Nemo dicat, non habeo. Caritas non de sacculo erogatur.*

CAPVT XII.

DV AE LIBERALITATIS FORMAE.

Liberalitatis ratio est duplex, inquit, Cicero lib. 2. de officiis, nam aut opera benignè fit indigentibus aut pecunia, facilior est hac posterior, locupleti præsertim, sed illa laetior ac splendidior, & viro forti claroque dignior. Ex quo mutuatus Sanctus Ambrosius lib. 2. offic. cap. 15. Est duplex liberalitas, una qua subdio rei adiuuat, id est, vñ pecunie, altera qua opera-
rum collatione impeditur, multo frequenter splendidior, mul-
toque clarior. Et quis est, qui non aliquam proximo suo opel-
lam commodare possit? Nemo igitur à liberalitate exem-
ptus.

Omnis libe-
rales esse de-
bent, & pos-
sunt.

CAPVT XIII.

IN QVOS DIVIDENDA LI-
beralitas.

Est autem liberalitas conferenda non in mimos, histriones, ludiones, venatores, stultitiam fingen-
tes, & id genus & farinæ alios nequam homines, vt
cauetur distinctione octuagesima sexta, capite nono
vñque ad 15. neq; in res turpes, vanas, commessiones,
perpotationes, nimis sumptuosam ædium, vestium,
supellec̄tilis procreationem, equos, canes, sed in
egenos potissimum, peregrinos, ægros, viduas,
M m 4 pupil-